

Oral evaluation 1

Latin 101

Persōnae: Syra, Dāvus

[Dāvus, servus Iūliī, laetus est, quia nummum habet in sacculō suō. Syra eum laetum videt.]

Syra: “Quid est, Dāve?”

Dāvus: “Ecce sacculus meus, Syra.”

[Syra sacculum Dāvī videt, nummum in sacculō nōn videt.]

Syra: “Vacuus est sacculus.”

Dāvus: “Nōn est. In sacculō meō est pecūnia.”

Syra: “Quot nummī sunt in sacculō tuō?”

Dāvus: “Ūnus nummus. Ecce nummus meus.”

Syra: “Ūnus tantum nummus? Nōn magna est pecūnia tua! In sacculō Mēdī nōn ūnus, sed multī nummī sunt.”

Dāvus: “Nōn magna est pecūnia mea, sed meus est nummus quī in sacculo meō est.”

Syra: “Quid? Nōnne Mēdī est pecūnia quae est in sacculō eius?”

Dāvus: “Mēdum interrogā!”

Syra: “Sed hīc nōn est.”

Dāvus: “Mēdus abest quia servus improbus est.”

[Iūlius rūsus Mēdum vocat: “Mēde! Venī, improbe serve!”]

Dāvus: “Audī! Dominus īrātus eum vocat.”